



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Equi.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

afino, panis & disciplina & opus servo. Eccl. 33.
Aut serviat ut servus, aut fugiat ut cervus. In
magno pretio erant capita asinina 4. Reg. 6.
dum Samariâ obsecrâ venumdaretur caput asini
80. argenteis. Infelix Respublica, Aulæ, Magi-
stratus, urbes, cœnobia, ditiones, ubi magni
valent capita asinina. Quod magni valeant, au-
rum & argentum sæpè causa est. Ecce Rex tuus
venit tibi mansuetus sedens super asinam. Matt. 21.

Equi.

EActi sunt ei (Salomon) mille quadrin-
genti currus, & duodecim millia equitum,
equi de Ægypto & de Coa. 2. Par. 1. Hæc purè
spectabant ad pompam Aulæ. Similem non
habent moderni Reges pro custodia corporis.
Interim ipso Salomone teste omnia vanitas.
Fallax equus ad salutem. Ps. 32. Hinc non amo
juvenili impetu incitantes ad cursum equos, &
omniam minimè id convenit religiosis. Fla-
gellum equo & camus afino, & virga in dorso im-
prudentium. Ps. 26. Unicuique suum. Cùm
vehemens pugna esset, apparuerunt adversa-
rii de cælo viri quinque in equis, frœnis aureis
decori, ex quibus duo Machabæum medium
habentes, in columem conserbabant, in ad-
versarios autem tela & fulmina jaciebant 2.
Machab. 10. felicem Principem, cui militat athes,
& conjurati veniunt ad prælia venti. Non ità
modò Deus assistit Christianis Principibus, quia
non inchoant bella purè contra infideles ad de-
fenden-

R

386 *Pars secunda de elevatione*
fendendam & augendam Ecclesiam ; sed ex ra-
bie ad manus in cognato sanguine lavandas , &
ex ambitione ad terras alienas sibi subjiciendas.
Exquiritur subinde consilium Theologicum de
justitia belli ; & hi sic , alii resolvunt aliter ; quia
qualis est facti aut juris positio , talis responsio ,
& qualis postmodum Confessio , talis absolutio .
Quintum Evangelium à Cacodæmone supposi-
tum : multicolor illa ratio statū suffocat omne
semen bonum , quod in cordibus belligeran-
tiū ex sanctis quatuor D. N. J. C. Evangelīis
enasci posset . *Heu ! quantum potuit (ex terris*
infidelium Hæreticorum , ex ipsa terrâ preio-
sis Christi vestigijs pressâ , & facrostanto ejus
sanguine irrigatâ) terræ pelagique parari illo
Christianorum sanguine , qui usque huc fusus
est , & funditur . Equum & ascensorem ejus de-
jecit in mare . Currus Pharaonis & exercitum
eius projecti in mare . Cant. Moys Ex. 15.

Si equis frœna in ora multimus ad consentien-
dum nobis , & omne corpus illorum circumseri-
mus . Jacob. 3. Cur non domamus linguam ?
Apoc. 6. Famosi describuntur equi . Equus de-
bis , & qui sedebat super illum , habebat arcum .
& data est ei corona , & exivit vincens , ut vin-
ceret . Alius equus rufus , & qui sedebat super
illum , datum est ei , ut sumeret pacem de terra .
& ut invicem se interficiant , & datus est ei gla-
dus magnus . Equus niger , & qui sedebat super
illum , habebat lateram in manu sua . Equus
pallidus , & qui sedebat super eum , nomen ei mortis .
& infernus sequebatur eum , & data est illi pa-
tellus

testas super quatuor partes terrae interficere gladio,
 fame, & morte, & bestiis terre. Equus albus
 symbolum est læti & festivi prælii, cuius finis sit
 victoria & triumphus. Insidens huic equo
 Christus per suos Apostolos & Præcones Evan-
 gelii debellavit tres equites sequentes. Impri-
 mis rufi insidentem; per quem Pagani, Ro-
 manum Gentile imperium designatur. Edoni-
 gro insidentem; per quem adumbrantur Hæ-
 reici nigris errorum tenebris alios involventes.
 Tertio pallido insidentem, per quem indigitantur
 Saraceni, Judæi, Antichristi affæclæ. Uno ver-
 bo omnes tres à Christo debellati repræsentant
 Diabolum, & omnes ejus emissarios. Apoc. 19.
 Iterum videtur equus albus, & qui sedebat super
 eum, vocabatur fidelis & verax, & exercitus,
 qui sunt in calo, sequebantur eum, inequis albis
 vestiti byssino albo & mundo. En Cavacada.
 Respectu cujus crepundia sunt triumphabundi
 Romanorum in urbem ingressus, & omnis
 Principum pompa. Vanitas vanitatum & omnia
 vanitas. Omnia perdidisti, si in cælesti exer-
 citu æternum non milites.

§. 2dus.

Volatilia.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus. Volucres
 cali & pisces maris, qui perambulant semi-
 tas maris. Pl. 8. Homo nascitur ad laborem, &
 avis ad volatum. Job. 5.

R 2

Galli-